In nomine domini amen. Per hec presens publicum instrumentum pateat vniuersis. Qd anno a natiuitate eiusdem. millo. Trecentesimo. vicesimo primo. Indictione quinta Presidente sancte Romane et vniuersali ecclie dno Johanne diuina prouidencia summo pontifice. papa vicesimo sdo. Pontificatus eius anno quinto. In presencia mei Notarii publici infrascripti et testium subscriptorum. Constitutus. vir religiosus frater arengot Gardianus ordinis fratrum minorum domus Spirensis. Proposuit coram fratribus suis de Lutra qui suus fuerat subditus. et se ab obedientia et potestate ordinis se subtraxit quem etiam Reuendus in xpo pater et dns. dns Emicho Spirens epus. cum clero suo in defensionem suam receperat. ac in domo seu palacio suo tenebat. et adhuc tenet. ministratis eidem expensis. ac tuitione tali sine qua ordini suo talem reditum facere nullatenus potuisset. q idem franciscus lapsus fuit in errorem siue hereses dampnatam et reprobata p ecclesiam in quibusdam scriptis fratribus. qui sarraboite nuncupant in articulis infrascriptis

Primo. quia se dicit optinere ut patet in litera sua. que affixa fuit ex pte ipius fratris ad fores ecclie maioris Spirens. in illa parte ubi dicit. postquam inspirationi diuine ad plenum parui. in publicatione dictorum fratrum et cetera. Gratia dei preueniens existens in spiritu. audiui vocem dicentem michi. sede recto et sarbe. Et ego sedi et sarpsi. Et dixit michi. et tu fili hominis euangeliza et cetera. Cui tamen vite ipius adeo sancta non fuit ut se habet spiritus sancte. presumere posset. Secreta diuina seu secreta ecclie catholice et auctoritatem summi pontificis suspecta videtur reddere. et in scripto sentire. Et hoc in illa parte litere supradicte. vbi dicit vestri predecessores